UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0001
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0002
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG



J. B. Cipriani inv. F. Bartolozzi sculp.

# GEMMARUM ANTIQUARUM

## DELECTUS;

EX PRÆSTANTIORIBUS DESUMPTUS,

QUÆ IN DACTYLIOTHECIS

DUCIS MARLBURIENSIS

CONSERVANTUR.

# CHOIX

## DE PIERRES ANTIQUES GRAVÉES

DU CABINET

DU DUC DE MARLBOROUGH.

TOM. II.

LONDINI:
APUD JOANNEM MURRAY.
M.DCCC.XLV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0004
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

## INDEX GEMMARUM.


1. Ptolemæus.
2. Metrodorus.
3. Socrates et Plato.
4. Alexandri Magni Caput.
5. Sappho.
6. Phryne.
7. Pyrrhus.
8. Ignotum Caput. Scyllacis opus.
9. Ignotum Caput.
10. Medusa.
11. Medusa.
12. Minerva, Eutychis Ægeæi, Dioscoridis filii, opus.
13. Bacchus.
14. Deæ Liberæ Caput.
15. Bacchans fœmina.
16. Mercurius.
17. Isis.
18. Hercules et Iole.
19. L. Jun. Brutus.
20. Annibal.
21. Luc. Cornelius Sylla.
22. C. Cilnius Mecænas.
23. M. Agrippa.
24. Livia Drusilla.
25. Drusus, Tiberii Filius.
26. Drusus, Germanici Filius.
27. Antonia, vel Agrippina.
28. Domitia, vel Julia Titi.
29. Hadrianus.
30. Antinöus.
31. Caput ignotum, Antonini forsan junioris. ΑΕΛΙΟΣ.
32. Lucilla.
33. Didius Julianus Augustus, et Manlia Scantilla Augusta.
34. Caput Sirii Canis.
35. Vaccæ.
36. Equi.
37. Taurus a Leone interfectus.
38. Mercurii Templum.
39. Imperator Hostem prosternens.
40. Coronis.
41. Cupidines.
42. Ganymedes. Epigraphe Κοιμοῦ.
43. Ganymedes et Aquila.
44. Hercules Λεοντοφόνος.
45. Faunus.
46. Omphale incedens.
47. Triumphus.
48. Biga.
49. Biga.
50. Silenus, Tigris, &c.


## TABLE DES PIERRES GRAVÉES.


1. Ptolomée.
2. Métrodore.
3. Socrates et Platon.
4. Tête d'Alexandre le Grand.
5. Sappho.
6. Phryné.
7. Pyrrhus.
8. Tête inconnue, ouvrage de Scyllax.
9. Tête inconnue.
10. Méduse.
11. Méduse.
12. Minerve, ouvrage d'Eutyches Egéen, fils de Dioscorides.
13. Bacchus.
14. Tête de la Déesse Libera.
15. Bacchante.
16. Mercure.
17. Isis.
18. Hercules et Iole.
19. L. Jun. Brutus.
20. Annibal.
21. Luc. Cornelius Sylla.
22. C. Cilnius Mécénas.
23. M. Agrippa.
24. Livia Drusilla.
25. Drusus, Fils de Tibère.
26. Drusus, Fils de Germanicus.
27. Antonia, ou Agrippine.
28. Domitia ou Julia, Fille de Titus.
29. Adrien.
30. Antinöus.
31. Tête inconnue, peut être du jeune Antonin. ΑΕΛΙΟΣ.
32. Lucille.
33. Didius Julianus, Manlia Scantilla Augusta.
34. Tête du Chien Sirius.
35. Vaches.
36. Chevaux.
37. Un Taureau terrassé par un Lion.
38. Temple de Mercure.
39. Un Empereur terrassant son Ennemi.
40. Coronis.
41. Cupidons.
42. Ganymèdes. Par Cæmus.
43. Ganymèdes et l'Aigle.
44. Hercules étouffant un Lion.
45. Faune.
46. Omphale.
47. Triomphe.
48. Char, ou Biga.
49. Autre.
50. Silène, un Tigre, &c.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0005
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

GEMMARUM ANTIQUARUM

DELECTUS.

# CHOIX

DE PIERRES ANTIQUES GRAVEES.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0006
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

I.

*Ptolemæus.*

APUD Vaillantium unus solummodo Ptolemæorum coronâ radiatâ insignitus est, cum tridente etiam supra humerum: Auletes scilicet rex Ægypti XI, qui non Dei titulum, sed divina insignia, coronam nempe radiatam cum tridente sub Neptuni effigie accepit. Etenim postquam Archelai, Berenices suæ filiæ mariti classem profligâsset, superbum hoc victoriæ monumentum in nummis exhibere voluit.

Atqui Ptolemæus I. Lagi filius, magnus et σωτὴρ dictus, Oraculi Ammonis jussu divinis affectus est honoribus; unde lucus illi a Rhodiis in urbe suâ sacratus est, exstructâ porticu quam Πτολεμαῖον nuncupârunt. Filio ejus Philadelpho Bibliotheca illa celeberrima Alexandriæ comparata est; et ejusdem auspiciis sacra Dei oracula in Græcam linguam per septuaginta interpretes conversa.

Ptolemæus etiam Philometor in nummis, Syriæ regum exemplo, Deum se appellavit. Hic Ptolemæorum quis sit, judicent eruditi.

Dignum forsan memoratu videatur, quod Lucullus Ptolemæi regis Ægypti in smaragdo effigiem magni æstimatam habuisse dicatur.

Topatium. Inc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0007
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

I



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0008
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## I.

*Ptolomée.*

VAILLANT a rapporté un seul Ptolomée avec la couronne radiale, et qui porte un trident sur l'épaule. C'est Ptolomée Aulètes, onzième roi d'Egypte, qui ne prit pas le surnom de Dieu, mais s'appropria les signes de la Divinité, savoir la couronne radiale et le trident, sous le caractère de Neptune. Car après avoir détruit la flotte d'Archélaüs, mari de sa fille Bérénice, voulant immortaliser sa victoire, il en consigna ainsi la mémoire glorieuse sur les médailles.

Ptolomée Ier fils de Lagus, et dit le sauveur, obtint les honneurs divins par ordre de l'Oracle d'Ammon. Ce qui fit que les Rhodiens lui consacrèrent un bois près de leur ville, où ils élevèrent un Portique appellé le Portique de Ptolomée. Son fils Philadelphe forma la célèbre Bibliothèque d'Alexandrie, et ce fut sous son règne, et par ses soins, que se fit cette fameuse traduction Grecque de l'Ecriture sainte, dite la version des septantes.

Ptolomée Philometor, à l'exemple des rois de Syrie, prit le surnom de Dieu. Le lecteur jugera lequel de ces Ptolomées est représenté ici.

Nous ne devons pas omettre de dire ici que Lucullus avoit le portrait d'un Ptolomée roi d'Egypte, gravé sur une Emeraude d'un très grand prix.

Topase. En creux.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0009
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

II.

*Metrodorus.*

METRODORI complures fuerunt, quorum præcipui Chius, Scepsius, Atheniensis, Lampsacenus.

Democriti discipulum fuisse Metrodorum Chium, Hippocratis etiam Medici et Anaxarchi præceptorem testatur Suidas in voce Δημόκριτος. Philosophiæ ac medicinæ Chius studuit; scriptorumque ejus meminit Plinius. Troica insuper edidit, ut patet ex Athenæo.

Metrodorus Scepsius legatus fuit Mithridatis Eupatoris ad Tigranem. Libros ejus περὶ ἀλειπτικῆς citat Athenæus.

Fuit alius Metrodorus Atheniensis, " pictor idemque " philosophus, magnæ in utrâque scientiâ auctoritatis. Itaque " cum L. Paulus, devicto Perseo, petiisset ab Atheniensibus, " ut sibi quam probatissimum philosophum mitterent ad " erudiendos liberos, itemque pictorem ad triumphum " excolendum, Athenienses Metrodorum elegerunt, professi " in utroque desiderio præstantissimum." Hæc Plinius.

Magni præterea nominis fuit Metrodorus Lampsacenus, Anaxagoræ philosophi discipulus ac familiaris. Etenim cum Homerei carminis personas quasi fictas et commentitias ad moralem philosophiam Anaxagoras primum accommodâsset, Metrodorus novam hanc allegoriæ rationem extendit latius. Tollit pariter usitatas perceptasque deorum hominumque cognitiones, ad physica transferens omnia. His Metrodori opinionibus consentiunt ea quæ Favorinus in variâ historiâ de eo prædicat, a Laertio citatus in Anaxagorâ. Notiones autem hasce et commenta philosophi salse irridet Tatianus.

Corneolus. Inc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0010
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

II



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0011
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## II.

*Métrodore.*

IL y a eu plusieurs Métrodores, dont les principaux étoient de Chio, de Scepsis, d'Athènes et de Lampsaque.

Suidas, à l'article Démocrite, nous apprend que Métrodore de Chio fut disciple de Démocrite, et maitre d'Hippocrates et d'Anaxarque. Il avoit étudié la philosophie et la médecine à Chio; Pline parle de ses écrits, et il paroît par Athenée qu'il avoit fait un poëme sur Troyes.

Métrodore de Scepsis fut ambassadeur de Mithridates Eupator vers Tigranes. Athenée cite ses livres sur l'usage de se frotter et parfumer en sortant des bains.

Il y a eu un Métrodore d'Athènes, peintre et philosophe en même tems, et très distingué dans les deux carrières. Ensorte que quand L. Paulus, après avoir vaincu Persée, pria les Athéniens de lui recommander un philosophe des plus célèbres pour élever ses enfans et un peintre pour orner son triomphe, ils lui envoyèrent Métrodore comme celui qui excelloit dans les deux genres.

Il y eut encore un autre Métrodore de Lampsaque, philosophe très célèbre, disciple d'Anaxagoras et son ami particulier; en sorte qu'Anaxagoras ayant le premier imaginé d'appliquer à la philosophie morale les personnages fabuleux du poëme d'Homère, Métrodore continua ce travail, et porta encore plus loin l'idée de cette allégorie. Il détruisit aussi les notions reçues alors des dieux et des hommes, et les transporta à la physique. Favorinus (cité par Laërce dans Anaxagoras) confirme ces idées de Métrodore dans ses mélanges historiques; mais Tatien plaisante avec beaucoup de sel sur les notions et inventions de ce philosophe.

Cornaline. En creux.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0012
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## III.

*Socrates et Plato.*

SOCRATES puræ veræque philosophiæ vita, lux, anima extitit: et omnium eruditorum judicio, totius insuper Græciæ, ipsiusque adeo Delphici Oraculi testimonio, sapientissimus habebatur. Vana ille et fluitantia philosophantium dogmata ad normam redegit, et in vitam communemque usum transtulit. Vir cum prudentiâ, acumine, venustate, et subtilitate, tum vero eloquentiâ, veritate, copiâ, ut ait Cicero, et (quod addi poterat) innocentiâ vitæ et virtute, omnium facile princeps. Cum nullum hic sui ipsius testimonium reliquit, defectum hunc supplevit Plato; et scriptis suis viri prope divini mores, sapientiam, sermones, posteris commendavit. Non defuere, qui nimiâ abrepti admiratione, primis eum Christiani nominis Sanctis, Martyribusque adæquarent: et e multis unus præcipue vix se cohibuisse dicitur, quin subinde exclamaret—"Sancte Socrate, ora pro nobis."

Hujus institutus est disciplinis summus ille dicendi et scribendi auctor et magister Plato: quem ingenii doctrinæque principem Cicero jure merito nuncupat. Cujus etiam de ubertate, amplitudine, et suavitate multa apud eundem insignia leguntur. Idem, cum Xenophontis ore Musas quasi locutas refert, de Platone ait, ipsum Jovem, secundum philosophos, si Græce loqui vellet, sic locuturum. Utcunque tamen ei larga fuerit dicendi copia, magistri sui ingenio et virtutibus prædicandis vix par videbatur. "Neque enim "quisquam nostrûm," ait Cicero, "cum libros Platonis "mirabiliter scriptos legit, in quibus omnibus fere Socrates "exprimitur, non (quanquam scripta illa sunt divinitus) tamen "majus quiddam de illo, de quo scripta sunt, suspicatur." Mirum sane præconium, quod nostram de utroque opinionem et admirationem incendit.

Granatus. Inc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0013
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

III



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0014

© Universitätsbibliothek Heidelberg

gefördert durch die DFG

## III.

*Socrates et Platon.*

SOCRATES fut la vie, la lumière et l'ame de la vraie philosophie. Il passe, au jugement de tous les savans, de toute la Grèce, et par le témoignage même de l'Oracle de Delphes, pour avoir été le plus sage des hommes. Il réduisit les systèmes vagues et puériles des sophistes à de justes régles, et appliqua la philosophie à perfectionner la vie civile : Il fut sans doute, dit Cicéron, le premier des hommes, autant par sa prudence, sa pénétration, l'agrément et la subtilité de son esprit, que par son éloquence, ses grandes connoissances, et son amour pour la vérité ; il auroit pu ajouter, la pureté de ses mœurs et sa grande vertu. Socrates ne nous a rien laissé de lui, mais Platon y a suppléé, et a transmis à la postérité, dans ses écrits, les mœurs, les traits de sagesse et les discours de cet homme presque divin. Quelques uns, saisis d'enthousiasme pour Socrates, l'ont mis au rang des Saints et Martyrs parmi les Chrétiens, et entre ceux là, Erasme avoue qu'il peut à peine s'empêcher de s'écrier, " ô Saint Socrates! " priez pour nous !"

Platon, ce grand maitre dans l'art de parler et d'écrire, fut le plus distingué des disciples de ce philosophe. Cicéron l'appelle, avec bien de la raison, le prince du génie et de la science, et cite fort souvent de lui des preuves de sa fécondité, de sa douceur et de son élévation d'ame. Le même orateur ayant loué Xenophon, en disant que les Muses sembloient parler par sa bouche, dit, en parlant de Platon, que, si Jupiter vouloit parler Grec, il parleroit comme lui. Quel qu'ait été cependant le charme de son éloquence, il paroît à peine avoir égalé son maitre en génie et dans son zéle à prêcher la vertu. " Quand nous lisons," dit Cicéron, " les merveilleux écrits " de Platon, où le savoir et l'esprit de Socrates sont si bien " exposés ; quoi que nous les trouvions divinement bien écrits, " cependant nous nous faisons encore une plus grande idée de " celui dont il est question." Bel éloge ! qui échauffe nos esprits pour ces deux grands hommes, et augmente notre admiration pour eux.

Grenat. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0015
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## IV.

*Alexandri Magni Caput.*

VERUM esse hoc et germanum antiquæ Græciæ opus, etsi inchoatum, mirabile sculpturæ artificium testatur. Laurentius Natter, de quo mentio sæpe facta est, ex ipsius Pyrgotelis arte ac manu profectum esse, haud dubitavit; opus sane tali artifice dignum, a quo solo magnus ille princeps seipsum in gemmis scalpi passus sit.

Dicitur enimvero Alexander, devicto Dario, literas, quas in Europam destinabat, suâ; quas autem in Asiam, Darii imagine signâsse: imagine vero Alexandri signatoriâ, ut et suâ quam expressit Dioscorides, utebatur Augustus, sphinge illâ, ut convicium evitaret, omissâ.

Historiæ cujusdam ignotæ descriptio est in galeâ.

Sardonyx bicolor, medio strato albido, infimo ac supremo subfuscis. Exc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0016
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

IV



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0017
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## IV.

*Tête d'Alexandre le grand.*

QUOIQUE cet ouvrage ne soit pas achevé, il est aisé de reconnoitre ici le stile admirable des meilleurs tems de la Grèce. Laurent Natter, que nous avons cité souvent, ne doutoit pas que Pyrgotèles lui-même en fut l'auteur. En effet ce morceau est bien digne de l'habile artiste, par qui seul ce grand prince vouloit être gravé.

On dit qu'Alexandre, ayant vaincu Darius, cachetoit ses lettres pour l'Europe de son portrait, et celles pour l'Asie du portrait de Darius. Auguste de même, laissant le sphinx à part, se servit du portrait d'Alexandre pour cacheter ses lettres, aussi bien que du sien gravé par Dioscorides, afin, dit on, d'appaiser l'envie.

On voit ici sur le casque la représentation de quelque événement qui ne nous est pas connu.

Sardonyx de deux couleurs, couche du milieu blanchâtre, l'inférieure et supérieure d'un brun tanné. Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0018
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## V.

*Sappho.*

DE Sappho, insigni illâ poetriâ, cujus effigiem hæc gemma complectitur, pauca strictim dicenda sunt. Lesbia fuit, orta Mitylene, unde et Pittacus sapiens, et Alcæus poeta sunt prognati. Carminis illius Lyrici, quod ab ejus nomine Sapphicum dictum est, fuit inventrix. Elegiam Ovidianam, quæ nomen Sapphus præ se fert, ideo reliquis prænituisse dicitur, quia elegantiæ fere omnes ac lepores, quibus respersa est et distincta, e poetriæ Lesbiæ carminibus deprompti judicantur. Reliquiæ scriptorum ejus, quæ servatæ ad nostrum usque ævum pervenerunt, facile testantur, quantâ vi ac dulcedine in affectus influeret, quantæ inessent numeris veneres gratiæque: quapropter Musis addita est decima. Tantus porro ei a Mitylenæis honor habitus est, ut in nummis suis imaginem ejus exprimerent. Sicut autem hic ab artifice *εὐπλόκαμος* repræsentatur, ac lyræ simul et apis effigies, mellitam scilicet carminum suavitatem et harmoniam denotans, juxta exscalpta comparet, ita etiam a *poetis passim depingitur.

Corneolus. Inc.

* *Λεσβιάδων κόσμον εὐπλόκαμον.*
— *χρύσειην χερσὶν ἔχουσα λύρην.*
*Πιερικὴ δὲ μέλισσα.* Ep.

V



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0020
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## V.

*Sappho.*

NOUS voyons ici le portrait de Sappho, cette femme si célèbre parmi les poëtes, dont nous n'avons que peu de choses à dire. Elle étoit Lesbienne, née à Mitylène, d'où Pittacus, l'un des sept sages, et le poëte Alcée étoient sortis. Elle imagina le mêtre lyrique que l'on a appellé d'après elle Vers Sapphiques.—L'élégie d'Ovide, qui porte le nom de Sappho, paroît emporter la palme sur toutes les autres, parce qu'on y retrouve réunis tous les traits élégans et fins qui sont épars dans les écrits de cette femme illustre. Ce qui nous reste d'elle suffit pour nous convaincre avec quelle force et quelle douceur elle savoit remuer les passions par son stile, et quels charmes et quelles grâces elle répandoit dans ses vers, ce qui lui a fait donner le nom de la dixième Muse. Les Myténiens l'honorèrent au point de frapper son image sur leur monnoie. L'artiste la représente ici avec une belle chevelure, et a placé à côté d'elle une lyre et une abeille, pour signifier la douceur et l'harmonie de sa poësie ; c'est ainsi que les graveurs et les sculpteurs la désignoient, et que les poëtes nous l'ont décrite en plusieurs endroits.

Cornaline. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0021
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## VI.

### *Phryne.*

AMORES spirare etiam in gemmâ posse videtur Phryne, nudato etiam humero formosior. In capitis judicio "Phrynen non Hyperidis actione quanquam admirabili, sed "conspectu corporis, quod illa speciosissimum alioqui, diductâ "nudaverat tunicâ, putant periculo liberatam." Revereri illa judices se effecit "Veneris quasi ministram et sacerdotem." In publicâ autem sacrorum illorum celebritate, quæ in Cereris et Neptuni honorem fiebant, in conspectu Græcorum omnium, exutâ veste, ac solutis crinibus, in mare ingressa est; ac illius formam, nudato corpore conspicuam, quasi perfectæ quoddam exemplar pulchritudinis, in celebrem suam *Anadyomenen* Apelles pingendo transtulisse perhibetur. Praxiteles vero statuarius, Phrynes amore inflammatus, ad illius similitudinem Veneris Cnidiæ simulachrum effinxit. Cum ei optionem dedit Praxiteles, ut e suis, quam vellet, statuis deligeret, Cupidinem illa accepit, et dicavit Thespiis.

Apollodorus, libro de Scortis, (secundum Athenæum) Phrynas duas fuisse tradit. Herodicus in sexto Κωμῳδουμένων ait unam a rhetoribus dictam fuisse Σῆστρον, ἀπὸ τοῦ σήθειν, quia amatores suos fortunis exueret, et quasi cribro excuteret: alteram Thespiacam, adeo opulentam, ut Thebarum se mœnia instauraturam sponderet, si adscriberetur, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΜΕΝ ΚΑΤΕΣΚΑΨΕΝ, ΑΝΕΣΤΗΣΕ ΔΕ ΦΡΥΝΗ Η ΕΤΑΙΡΑ.

Sardonyx pulcherrimus. Inc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0022
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

VI



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0023
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

VI.

*Phryné.*

PHRYNÉ paroît ici respirer l'amour, et la nudité de son épaule la rend encore plus belle. " Etant accusée d'un " crime capital, on dit qu'elle fut absoute, non par l'éloquence " d'Hypérides, quelque grande qu'elle fût, mais parce qu'il " s'avisa d'exposer aux yeux des juges la beauté de son corps." Elle obligea en quelque sorte les juges de la révérer " comme " devoüée à Vénus et sa prêtresse;" et à la célébration publique qui se faisoit des fêtes de Céres et de Neptune, s'étant dépouillée de ses vêtemens et laissant flotter ses cheveux sur ses épaules, elle entra dans la mer, aux yeux de toute la Grèce assemblée. C'est à cette occasion que l'on prétend qu'Apelles peignit sa Vénus *Anadyomène* en prénant Phryné en cet état pour un modèle parfait de beauté.

Praxitèles, ce fameux sculpteur, épris d'amour pour Phryné, fit d'après elle la belle statue de Vénus que l'on adoroit dans le temple de Cnide; et lui ayant donné le choix d'un de ses ouvrages, elle prit le Cupidon et le plaça au temple des Thespiens ses compatriotes.

Apollodore dans son traité des courtisanes (selon Athenée) dit qu'il y a eu deux Phrynés. Herodicus dans la sixième de ses comédies, dit qu'une d'elles fut appellée par les rhéteurs *crible*, du verbe qui signifie en Grec *cribler*, parce qu'elle dépouilloit ses amans, et faisoit, pour ainsi dire, passer leurs biens au crible. L'autre étoit de Thespia en Bœotie, et si riche qu'elle s'offrit de rebâtir les murs de Thèbes, pourvu qu'on lui permit d'y faire graver ces mots: " Alexandre les " détruisit, et la courtisane Phryné les releva."

Très belle Sardoine. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0024
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

VII.

*Pyrrhus.*

PYRRHUS, Epirotarum rex, armatus, huic gemmæ inscalpitur. In vultu, quem barba decorat curta ac crispata, dignitas quædam cum decore conjuncta apparet. Draco cubans formam dat galeæ lauro adornatæ; larvâ quâdam prægrandi pectus, aliisque hujuscemodi insignibus humerus distinguitur. Opus hoc summâ et eâdem felici diligentiâ elaboratum est, et in eximiâ hâc dactyliothecâ locum merito obtinet*.

Magna profecto bella gessit Pyrrhus. Ambiguo Apollinis oraculo inductus, "Aio te, Æacida, Romanos vincere posse," Tarentinis contra Romanos opem ferre ausus est; hinc cum immensis copiis mare trajecit, et ad Heracleam exercitum Romanum, elephantis tum primum visis perterritum, non sine magnâ suorum cæde, superavit. Hostes generosos expertus est ipse hostis generosus. Ducentos milites captivos gratis Romam remisit; ac vicissim medicus ejus, qui se regem suum veneno sublaturum, fidem obstrinxerat, remissus est. Varias de Pœnis victorias reportavit, multasque civitates subegit Siculas. Curio tandem Dentato consule devictus penitus succubuit. Argis, dum Antigonum oppugnabat, saxo de muris conjecto, vitæ ejus rebusque gestis manus muliebris terminum imposuit.

Insignem quendam Achaten, annulo inclusum, gestâsse dicitur, de quo Plinius facit mentionem. "Post hunc an-" "nulum (Polycratis) regia fama est gemmæ Pyrrhi illius, qui" "adversus Romanos bellum gessit; namque habuisse traditur" "Achaten, in quâ novem Musæ et Apollo citharam tenens" "spectaretur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus" "maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia."

Carminibus etiam descriptum hunc annulum invenimus.

Rex Pyrrhus digito gestâsse refertur Achatem,
Cujus plena novem signabat pagina Musas,
Et stans in medio citharam tangebat Apollo;
Naturæ, non artis opus, mirabile dictu.

Achates. Inferiori strato pellucido, superiori candido. Exc.

* Elle appartenoit autrefois à M. le Comte d'Hallifax, et a été toujours estimée pour antique. Natter.

VII.



## VII.

*Pyrrhus.*

PYRRHUS, roi d'Epire, paroît ici tout armé. Son visage, orné d'une barbe courte et frisée, offre un mélange de beauté et de dignité. Un dragon recourbé donne la forme à son casque entouré de lauriers. Sa poitrine est couverte d'un masque, et ses épaules portent le même ornement. Cet ouvrage est exécuté avec le plus grand soin; il produit le plus bel effet, et méritoit bien d'avoir place en cette collection.

Pyrrhus fut toujours engagé dans des guerres importantes. Trompé par un oracle équivoque, " Aio te, Æacida, Romanos " vincere posse*," il osa secourir les Tarentins contre les Romains; il passa la mer avec une armée nombreuse, et défit l'armée Romaine, qui n'avoit jamais vu d'éléphans, auprès d'Heraclée, mais il perdit beaucoup de monde en cette action. Ennemi généreux, il trouva des ennemis aussi généreux que lui. Il renvoya à Rome deux cent prisonniers sans rançon, et de leur côté les Romains remirent en son pouvoir son médecin, qui s'étoit offert pour l'empoisonner. Il remporta plusieurs victoires sur les Carthaginois, et reduisit plusieurs villes en Sicile; enfin vaincu par Curius Dentatus, il fut obligé de céder. En entrant dans Argos, où il avoit assiégé Antigone, une pierre, qui lui fut lancée sur la tête du toit d'une maison par une femme, mit fin à sa vie et à ses exploits.

On dit qu'il portoit une Agate en bague, dont Pline fait mention dans les termes suivans: " Après cet anneau (de " Polycrates) le plus célèbre est celui de Pyrrhus, qui fit la " guerre aux Romains." On rapporte qu'il possédoit une Agate, où l'on voyoit les neuf Muses et Apollon avec la lyre en main représentés, non par l'art, mais par un jeu de la nature tellement heureux, que jusques aux emblèmes de chaque Muse s'y trouvoient distribués.

Ce même anneau se trouve encore décrit dans une epigramme Latine, à peu près dans les mêmes termes, ce qui en rend la traduction inutile ici.

Agate. Fond transparent, couche supérieure blanche.

Camée.

* La construction de la langue Françoise rend l'équivoque impossible à traduire.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0027 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die DFG

## VIII.

*Ignotum Caput. Scyllacis opus.*

DE ignoto quid dicendum? opus sane mirari licet, laudibusque debitis cumulare artificem, qui, cum gemmæ nomen suum inscripserit, ab oblivione rerum ac silentio seipsum vindicavit.

Corneolus. Inc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0028
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

VIII




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0029
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## VIII.

*Tête inconnue, ouvrage de Scyllax.*

QUE pourrions nous dire d'un sujet inconnu? Il ne nous reste qu'à louer l'ouvrage, et à donner à l'artiste les louanges qu'il mérite. En mettant son nom à cette pierre, il l'a tirée de l'oubli, et s'est assuré le suffrage des juges de l'art.

Cornaline. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0030
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

IX.

*Ignotum Caput.*

CAPUT pulcherrimum in hâc gemmâ expressit scalptor: cujus autem faciem posteris commendavit antiquitas, ne conjecturâ quidem indagare possumus. Ignoto capite, auctore incerto, innotescit ars.

Corneolus. Inc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0031
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

IX



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0032
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## IX.

*Tête inconnue.*

LE graveur a exprimé ici l'idée d'une très belle tête, mais nous ne pouvons pas même conjecturer de qui est le portrait qu'il a voulu transmettre à la postérité. L'auteur est incertain, la tête est inconnue, mais l'habileté de l'artiste est manifeste.

Cornaline. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0033
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## X.

*Medusa.*

DE Medusâ, cujus exemplar hoc egregium e Græcâ officinâ prodiit, varia sunt mythologiæ commenta. Phorci eam filiam fuisse perhibent, a quo acceptum eorum populorum, qui Tritonidem paludem accolunt, regnum tenuisse dicitur. A Perseo oppressa est, qui vel mortuæ pulchritudinem admiratus, præcisum caput, ut spectaculo esset, in Græciam portâsse fertur. Proclus autem Carthaginiensis, teste Pausaniâ, e feris ait fuisse fœminis, quales in desertis Africæ plures nascebantur. Quæ cum Tritonidis paludis accolas male tractasset, a Perseo est occisa. Minervam vero Perseo adjutricem fuisse, idcirco memoriæ proditum, quod qui juxta stagnum illud habitant, Minervæ sacri sunt.

Alii Medusam Dorcadas insulas in Oceano Æthiopico tenuisse narrant. Capillorum aureolorum splendore captus Neptunus in Minervæ templo cum eâ concubuit. Quapropter crines a Minervâ, ob oblatam suo numini injuriam in angues mutati sunt, quos qui aspicerent, in lapides verterentur. Eam adortus consopitam Perseus interemit. E sanguine ejus humi effuso, si Lucano fidem habeamus, serpentes orti sunt; si Ovidio, Pegasus et Chrysaor equi inde prognati.

Achates inferiori strato pellucido, superiori candido. Exc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0034
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

X



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0035
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## X.

*Méduse.*

CE morceau précieux, d'un travail Grec, représente Méduse, dont la mythologie ancienne a imaginé tant de fables. On la disoit fille de Phorcys, qui lui laissa le royaume des peuples qui habitoient près des marais Tritoniens. Elle fut vaincue par Persée, qui frappé de sa beauté, même après sa mort, lui coupa la tête, et la porta, dit on, en Grèce pour l'y faire admirer. Mais Proclus de Carthage, selon Pausanias, la met au nombre des monstres femelles qu'il dit avoir été produits dans les déserts d'Afrique ; et laquelle vexant les habitans des marais Tritoniens, fut tuée par Persée. On a feint que Minerve avoit assisté Persée dans ce combat, parce que les peuples qui étoient dans le voisinage de ce lac étoient consacrés à Minerve.

D'autres font régner Méduse sur les iles Dorcades dans l'Océan Ethiopique. Neptune, frappé de l'éclat de sa chevelure dorée, eut commerce avec elle dans le temple de Minerve. Cette déesse, outrée de l'affront fait à son sanctuaire, transforma ses cheveux en serpens, dont l'aspect terrible changeoit ceux qui la regardoient en pierre. Mais Persée l'ayant surprise endormie, la tua. Si l'on ajoute foi à Lucain, son sang coulant à terre, il en naquit des serpens ; si l'on en croit Ovide, il produisit les chevaux Chrysaor et Pégase.

Agate d'un fond transparent, couche supérieure blanche. Camée.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0036
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XI.

*Medusa.*

SCALPTORUM præstantissimorum ingenium artemque exercuit fabulosæ hujusce mulieris venustas. Modo obliquâ, modo adversâ facie exhibetur. Vultûs lineamenta varia a variis artificibus expressa; plena tamen ubique exquisitæ pulchritudinis. Ita enim eam Ovidius descripserat,

— clarissima formâ
Multorumque fuit spes invidiosa procorum.

Sua certe debetur laus Sosocli, Soloni, aliisque, qui in gemmâ hâc elaborandâ operam felicissimam certatim impenderunt. Hanc autem gemmam, quæ Medusam nobis plenâ facie formosam, nec non terrificam simul repræsentat, non possumus quin penitus admiremur. De hâc gemmâ ita Laurentius Natter: "Cette pierre est percée de six trous; il est à "présumer que ces trous devoient servir à l'attacher quelque "part, ou peut-être cette pierre a-t-elle été en effet enchassée "dans l'Egide de Minerve. La beauté de son travail "pourroit aussi faire croire, que quelque empereur l'a porté "comme un ornement. L'ordonnance de cette pièce est "belle, le goût en est noble, et l'exécution admirable."

Variæ nimirum istæ de Prometheo, Chimærâ, Pegaso, Hydrâ, ac Medusâ fabulæ e sacris symbolis quæ templis affigebant Ethnici, magnâ ex parte ortum habuerunt. Vultus sane fœminæ formosus, serpentibus capiti intertextis, divinam denotabat sapientiam.

Achates Orientalis Maximus. Exc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0037
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XI



## XI.

*Méduse.*

LA beauté de cette femme célèbre dans la fable a exercé le génie et les talents des plus habiles artistes de l'antiquité. Elle est représentée quelquefois en profil, quelquefois en face. Les différens traits de son visage ont été exprimés par divers ouvriers, et son visage en plein, toujours avec l'expression d'une beauté parfaite. " Son extrême beauté," dit Ovide, " lui attira une foule d'amans, qui tous à l'envi cherchoient " à la posséder." Sosocles, Solon et tant d'autres, qui ont traité ce sujet, méritent les plus grands éloges sur leurs heureux succès dans cette entreprise; et nous ne pouvons aussi qu'admirer l'habileté de l'artiste, qui a si bien réussi à représenter sur cette pierre le visage de Méduse en plein avec le contraste étonnant de l'horreur et de la beauté. Laurent Natter parle ainsi de cette pierre: " Elle est percée de six " trous; il est à présumer que ces trous devoient servir à " l'attacher quelque part, ou peut-être cette pierre a-t-elle " été en effet enchassée dans l'Egide de Minerve. La beauté " de son travail pourroit aussi faire croire que quelque " empereur l'a portée comme un ornement. L'ordonnance " de cette pierre est belle, le goût en est noble, et l'exécution " admirable."

Il est certain que toutes ces fables de Prométhée, la Chimère, Pégase, l'Hydre, Méduse, ont en grande partie pris leur origine de ces offrandes mystérieuses que les païens suspendoient dans leurs temples. Au reste un beau visage de femme, avec une chevelure entremélée de serpens, étoit l'emblème de la sagesse divine.

Grande Agate Orientale. Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0039
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XII.

*Minerva, Eutychis Ægeæi, Dioscoridis filii, opus.*

STOSCHIUM ipsum audiamus, de simili quâdam, vel de hâc ipsâ, ut plerique censent, insigni gemmâ verba facientem. "Eutyches adeo alte imaginem incidit, ut in "cereo ectypo caput, vultusque non obliquus, sed integer "extent ac promineant, quod in gemmis raro videre est, ob "artificii difficultatem."

Vultum hic Minervæ virilem et truculentum cernimus, cujus caput galeâ ornatur, in quâ gryphes duo, totidemque hircina capita insculpta sunt. Thoraci squamoso caput Gorgonis affixum est, et extremam ejusdem oram ambiunt serpentes; quippe draconem ei comitem veteres assignabant. Demetrius (secundum Plinium) fecit Minervam, quæ Musica appellatur, quoniam dracones in Gorgone ejus ad ictus citharæ tinnitu resonabant. Sphingem etiam in galeâ portans depingebatur hæc dea; quia Sphinx Minervæ typus fuit. Effigies ejus celeberrima ex ebore, Phidiæ opus, magni olim est habita. Ærea porro ejusdem artificis Minerva tam eximiæ pulchritudinis fuit, ut e formâ dicta sit καλλίμορφος.

Dioscoridis discipulum fuisse Eutychem verisimile est, magistrique nomen operi inscripsisse. "Licet enim," (ut ait Stoschius) "Græcis proprio patris nomen addere mos esset, "quod vetera monumenta testantur, a scalptoribus tamen "illud magistri quem parentis loco colebant, nonnunquam "appositum invenitur."

Amethystus. Inc.

XII



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0041
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XII.

*Minerve, ouvrage d'Eutyches Egéen, fils de Dioscorides.*

VOYONS ce qu'écrit Stosch lui même d'une pierre semblable, ou (comme le pensent quelques uns) de cette même pierre: " Eutyches a gravé cette figure si profonde, " que, dans l'impression que l'on en prend en cire, la tête " et le visage se presentent, non en profil, mais en un relief " plein; ce qui est fort rare dans les pierres gravées à cause " de la difficulté de cette manière de travailler."

On voit ici Minerve avec un caractère viril et dur, la tête ornée d'un casque, sur lequel sont représentés deux grifons, et deux têtes de boucs. Sur la cuirasse écaillée, dont les bords sont entourés de serpens, est une tête de Méduse. Démétrius, selon Pline, " avoit fait une Minerve que l'on appelloit la " Musicienne, parce que les dragons qui en accompagnoient " la Méduse rendoient un son clair quand on jouoit de la " guitare." Cette déesse est aussi représentée avec un Sphynx sur son casque, parce que le Sphynx étoit le type de Minerve. Sa figure en ivoire, par Phidias, étoit très estimée, et la statue de bronze, qu'en fit ce même sculpteur, fut réputée d'une beauté si exquise, qu'on ne la nommoit pas autrement que la belle Minerve.

Il est très probable qu'Eutyches fut disciple de Dioscorides, et qu'il a ajouté ici le nom de son maître. " Quoi que les " Grecs," dit Stosch, " eussent en usage d'ajouter le nom de " leur père au leur propre, comme on le voit par les monu- " ments, on trouve aussi que les graveurs ont quelquefois " mis le nom de leurs maîtres, qu'ils révéroient comme leurs " pères."

Améthyste. En creux.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0042
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XIII.

*Bacchus.*

PUERILIS hæc, vel potius virginea, Bacchi facies idoneam artifici opportunitatem dedit artis suæ elegantiam exhibendi: quam quidem felicissime expressit. Sursum oculos attollere videtur Puer, quasi divinitus ad cantandum incitatus, et cœleste aliquod melos prolaturus.

Dionysos multos enumerant mythographi: hinc de patriâ, de ætate, de nutricibus etiam Bacchi varius sermo: diversa commenta. Dissimiles certe formas, munera, vicesque ei veteres tribuerunt. Cum temulento Satyrorum ac Silenorum agmine incedens plerumque depingitur, ebrietatis scilicet ac lasciviæ infamis deus. Duplici etiam sexu fuisse tradit Orpheus; nec obeso tantum ventre ac rubicundâ facie exhibuerunt veteres, sed tenerum etiam et delicatulum. Atqui alium Bacchum, alium Dionysum fuisse, jure censuerunt eruditi quidam; sed nihil est quod errorum integumentis non miscuit ac confudit mythologia. "Liberi patris," inquit Macrobius, "simulachra partim puerili ætate, partim juvenili "fingebantur: præterea barbatâ specie, senili quoque."

Ut divos varios, ita Bacchum etiam imitabantur multi: Magnus etiam Alexander modo Ammonem, modo Liberum se fuisse simulabat. Adde alios etiam numinis hujusce æmulatores, Mithridatem, Antigonum, M. Antonium. Post Cimbricam victoriam cantharis potâsse dicitur Marius, quod, cum partes orbis orientales peragrabat Bacchus, hoc poculi genere uteretur.

Corneolus. Inc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0043
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XIII



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0044
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

## XIII.

*Bacchus.*

CET air enfantin, ou plutôt efféminé, de Bacchus a fourni une belle occasion à l'artiste de faire briller l'élégance de son burin, qu'il a exprimée de la manière la plus heureuse. Le jeune Dieu paroît lever les yeux au ciel, comme inspiré d'en haut à chanter et méditant des airs célestes.

BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0117
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XXXVIII.

*Mercurii Templum.*

CUM de Deo ipso, ejusque ornatu facta sit mentio, nihil impedit quin de templo ipsius pauca quædam proferamus. Ac nimirum, si uspiam, in hoc opere contemplando exquisitam veterum artificum diligentiam dignoscere possumus: qui in his rebus minutis tam prope ad justam rerum normam imitatione accedere potuerint. Gradus templi et columnæ certo inter se collocantur ordine; ita tamen, ut servatâ intervallorum proportione, minui sensim ac paulatim terminari videantur. Unde in ædis interiora non modo introspicere, sed etiam ingredi quodammodo intuentibus, et ibidem versari datur. Deus ipse, ornatus galeâ, et aligeris pedibus conspicitur, caduceo insuper instructus; sed procul remotus, et a vestibulo longe apud intima penetralia collocatus. Ea est hujus operis exilitas simul et elegantia, ut cum eo neque currus Lacedæmonii Callicratis, neque Myrmecidis formicæ, utcunque fuerint minutæ, conferri omnino potuerint. Currum tamen, ut fama est, muscæ ala texit et cooperuit.

Sardonyx tricolor, infimo strato flavescente, medio albescente, superiori fusco. Inc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0118
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XXXVIII



## XXXVIII.

*Temple de Mercure.*

PUISQUE nous avons parlé de ce Dieu, et de ses attributs, il ne sera pas mal de dire quelque chose de son temple ; et surtout si en examinant cet ouvrage nous y découvrons l'extrême habileté des anciens artistes, qui arrivoient au point de représenter si bien la verité des choses jusques dans les moindres détails. Les degrés et les colonnes du temple sont placés ici en un tel ordre, que la proportion étant gardée dans leur intervalle elles paroissent diminuer insensiblement et peu à peu. Ce qui fait qu'en regardant ce temple, on croit en voir l'intérieur et pouvoir y entrer. Le Dieu lui même est aperçû, la tête ornée d'un casque, les pieds ailés, et le caducée à la main, mais dans le lointain, et comme placé dans le lieu le plus retiré de l'édifice. Cet ouvrage élégant est d'une si grande délicatesse, qu'il doit avoir surpassé à cet égard le char du Lacédemonien Callicrates (que pouvoit couvrir l'aile d'une mouche) et la fourmi de Myrmecides.

Sardonyx, couche inférieure jaunâtre, au milieu blanche, brune au dessus. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0120
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XXXIX.

*Imperator Hostem prosternens.*

EQUUM, equitem, et prostratum hostem viva quædam hic animat quasi ἐνεργεία.

Bellica hæc actio exhibetur vitro obsidiano impressa. Eo in mortuorum loculis uti solitos esse antiquos, colligunt quidam ex Herodoto et Diodoro Siculo. "Gemmas," ait Plinius, "multi ex eo faciunt. Videmus et solidas imagines divi "Augusti capti materiâ hujus crassitudinis. Dicavitque ipse "pro miraculo in templo Concordiæ obsidianos quatuor "elephantos.—Usus vero ad potandum argenti metalla et "auri pepulit." Atqui non ipsam materiam obsidianam a Plinio *gemmam* dici notat Salmasius, sed *gemmas*, i. e. *annulos signatorios* ex eo fieri: quicquid enim hujusmodi ad ornatum Romani induerent, id proprie ab iis *gemmas* vocari. Quinetiam obsidiana factitia fiebant, et in genere vitri numerabantur. Quemadmodum in Diospoli Ægypti murrina quædam ad verorum Murrinorum imitationem elaborata sunt.

Pauca hæc de hujusce operis materiâ dicenda mihi strictim visa sunt, quia in hâc gemmarum selectione unica est hæc ex vitro obsidiano confecta.

Obsidianum antiquum. Inc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0121
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XXXIX



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0122
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XXXIX.

*Un Empereur terrassant son Ennemi.*

UN cheval et le cavalier sont ici représentés, terrassés par un guerrier, avec une force et une vérité frappantes. Cette action est gravée sur une pierre obsidienne, dont nous trouvons par Hérodote et Diodore de Sicile que les anciens faisoient un grand usage pour leurs cercueils. " Plusieurs," dit Pline, " l'emploient en pierres gravées ; nous voyons " encore des statues entières d'Auguste de cette pierre, choisie " sans doute pour cet objet à cause de sa solidité ; ce même " prince (chose merveilleuse !) fit placer quatre éléphants de " pierre obsidienne dans le temple de la Concorde ; et laissant " à part l'or et l'argent on s'en servit aussi pour des vases à " boire." Il faut remarquer, avec Saumaise, que Pline ne met pas ici la pierre obsidienne au rang de pierres précieuses, mais dit seulement qu'on en faisoit des pierres gravées pour cachets : les Romains donnant le nom de pierre précieuse à toute matière destinée à cet usage. Il y avoit aussi l'obsidienne artificielle, qui étoit une espèce de verre ; de même qu'à Diospolis en Egypte on faisoit des vases de porcelaine en imitation des beaux vases, dit *Murrini*, qui étoient d'agate, d'onyx ou telle autre matière précieuse.

Il nous a paru nécessaire d'entrer dans cette discussion, parce que cette pierre est la seule dans cette collection qui soit obsidienne.

Pierre obsidienne antique. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0123
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XL.

*Coronis.*

APOLLINIS et Coronidis fabulam gemmæ huic insculptam esse nonnulli contendunt; et hanc sane explicationem Corvus hic effigiatus sancire quodammodo videtur.

Ab Apolline scilicet amata est Coronis, et gravida facta; cum autem deo infida esset, et Ischidis cujusdam Thessali amori cederet, indicium criminis fecit Corvus, qui, ob nuntium, pro candore pennarum, nigram plumam accepit. Nympha autem dei excandescentis telis confixa est. Ex utero ejus excisus est infans Æsculapius, quem Chironi centauro educandum pater tradidit. Ita de Corvo Ovidius, Met. l. 2. v. 534.

— Cum candidus ante fuisses,
Corve loquax, subito nigrantes versus in alas.
Nam fuit hæc quondam niveis argentea pennis
Ales, ut æquaret totas sine labe columbas; &c.
— Lingua fuit damno.

Corneolus. Inc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0124
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XL



XL.

*Coronis.*

PLUSIEURS pensent que le sujet de cette pierre est la fable d'Apollon et de Coronis; et le corbeau, représenté ici, vient à l'appui de cette explication.

Coronis fut aimée d'Apollon, et devint enceinte de lui; infidèle à ce dieu, elle aima un jeune Thessalien, Ischis, et se rendit à son amour. Le corbeau dévoila leur intrigue à Apollon, qui dans sa colère tua de ses flèches son amante; et la regrettant ensuite changea de blanc en noir ce porteur de mauvaises nouvelles. L'enfant Esculape fut tiré des flancs de Coronis, et donné par son père à élever au centaure Chiron. Voici comme Ovide parle du corbeau: "Il ne cédoit point en "blancheur aux colombes les plus blanches, pas même aux "oies qui veillent à la garde du capitole, ni aux cignes des "rivières; l'intempérance de sa langue lui fit perdre sa "blancheur, &c."

"De blanc que tu étois, corbeau babillard, ton plumage fut "tout à coup changé en noir; car cet oiseau, autrefois blanc "comme la neige, ne le cédoit point aux colombes les plus "blanches et sans taches, mais sa langue fut cause de sa "perte, &c."

Cornaline. En creux.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0126
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLI.

*Cupides.*

EXPRIMUNTUR hic duo Cupidines, devicto quodam hoste, tropæum erigentes, spoliisque militaribus decorantes. Ita Æneas tropæo affigit arma Mezentii.

— Fulgentiaque induit arma
Mezentî ducis exuvias, tibi, magne, tropæum,
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri, et bis sex thoraca petitum
Perfossumque locis; clypeumque ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum*.

Anteros, Martis et Veneris filius, de quo mentionem faciunt Cicero et Pausanias, amorum amantiumque hostis ac ultor depingitur. De inamabili hoc deo victoriam reportâsse, et jam tropæum erigere videntur Cupidines hic triumphantes.

Achates, inferiori strato nigrescente, superiori albo. Exc.

* Æn. XI. v. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0127
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLI



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0128
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLI.

*Cupidons.*

DEUX Amours sont représentés ici, érigeant un trophée en honneur de quelque victoire, et l'ornant de dépouilles militaires. C'est ainsi qu'Enée suspend les armes de Mézence à un trophée :

" Après avoir fait planter sur une hauteur un trône de " chêne dépouillé de ses branches, il le fait revêtir des bril- " lantes armes enlevées à Mézence, et c'est à toi, dieu puis- " sant de la guerre, qu'il consacre ce trophée. Il y suspend " son casque et ses aigrettes encore degouttantes de sang, ses " javelots brisés, avec sa cuirasse percée de douze coups ; il " attache à sa main gauche son bouclier d'airain, et à son " cou son baudrier, qui soutient son épée."

Anteros, fils de Mars et de Vénus, dont parlent Cicéron et Pausanias, est représenté comme l'ennemi déclaré des amours et le persécuteur des amans. Il paroît que les deux Amours ont remporté quelque victoire sur ce dieu haïssable, et qu'ils en triomphent en érigeant un trophée.

Agate, fond noirâtre, couche supérieure blanche. Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0129
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLII.

*Ganymedes. Epigraphe* Κοιμοῦ.

PUERUM hunc formosissimum, quem Jovis aquila expansis alis libratum sustinet, ac in cœlum rapit, elegantissime Græcus exscalpsit artifex. Mirificus oris decor, exquisita membrorum compositio, ales ipse armiger, oneri metuens, "sentiens etiam," ut Plinii verbis utar, "quid rapiat in "Ganymede, et cui ferat," totius denique cælaturæ molles ac delicati ductus subtilem Cœmi artem et judicium demonstrant. Scopæ, Bryaxidis, et Timotheos æmulus Leochares aquilam Ganymedeam pulcherrime effinxit, "parcentem "unguibus etiam per vestem." Hoc sibi exemplar Cœmum proposuisse facile crediderim, et, ut formæ totius concinnitas clarius eniteret, vestes detraxisse. Ungues caute contrahere videtur aquila, ne cutem pueri vel leviter perstringat.

"Ætherias aquilâ puerum portante per auras
"Illæsum timidis unguibus hæsit onus."

Ganymedem, siderum numero adscriptum Aquarii signum conficere tradit Hyginus, quod aquam fundentis imaginem ejus stellæ referre videantur.

Porro ob Trojani hujusce pueri raptum, tanta aquilæ facultas data est, ut nullo ictu fulminis læderetur, utque solem oculis non conniventibus intueri posset. Hunc alitem in sceptro Jovis dormientem pulcherrime descripsit Pindarus. Hinc, ut ex Homero Jovis Olympii figuram, ita aquilæ a Pindaro desumpsisse creditur Phidias.

Denudatis autem fabularum involucris, Ganymedis ad cœlos raptum verius interpretati sunt sapientes, et nihil aliud significari voluerunt, quam prudentem virum a deo amari, et ad divinam mentem proxime accedere. "Non enim "ambrosiâ," ait Cicero, "deos, aut nectare, aut Juventate "pocula ministrante, lætari arbitror; nec Homerum audio, "qui Ganymedem a diis raptum ait, propter formam, ut Jovi "bibere ministraret."

Sardonyx. Incis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0130
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLII



## XLII.

*Ganymèdes. Par Cæmus.*

CÆMUS, artiste Grec, a très-élégamment représenté ici cet enfant de la plus grande beauté, que l'aigle de Jupiter soutient en l'air les ailes étendues, et paroît enlever au ciel. Les grâces admirables du visage, la belle proportion des membres, le messager ailé même, que l'on diroit inquiet d'un si beau fardeau, et qui, pour me servir des termes de Pline, paroît " sentir le prix de celui qu'il enlève, et à qui il va le " porter ;" les traits moëlleux et delicats de la gravure, tout enfin prouve la délicatesse et la connoissance de Cæmus dans son art. L'émule de Scopas, de Bryaxides, de Timothée, Leocharès avoit sculpté Ganymèdes enlevé par l'aigle, " qui " sembloit craindre de le blesser, même à travers ses vête- " ments." Il paroît que Cæmus s'étoit proposé cet ouvrage pour modèle, et qu'il avoit omis les vêtements, afin de faire mieux briller l'élégance de la figure. L'aigle semble ici contracter ses serres, et toucher à peine la peau de l'enfant. " On voit l'aigle, portant le jeune homme dans les airs, " soutenir sa charge précieuse de ses serres craintives." Hyginus dit que Ganymèdes fut placé au rang des astres, dans le signe du Verseau, et que les étoiles de cette constellation semblent le représenter versant de l'eau.

Au reste, en conséquence de l'enlevement de ce jeune Troyen, l'aigle fut doué de plusieurs priviléges, comme de n'être jamais frappée de la foudre, et de pouvoir regarder le soleil d'un œil fixe. Pindare a décrit admirablement ce roi des oiseaux dormant sur le sceptre de Jupiter ; d'où l'on a cru que Phidias avoit formé son aigle d'après cette description, comme il avoit pris l'idée de son Jupiter Olympien d'après la description qu'en fait Homère.

Les savans, ôtant le voile dont ces fables sont enveloppées, ont expliqué celle du rapt de Ganymèdes avec plus de vérité, en disant qu'elle ne signifie autre chose sinon que le sage est aimé de dieu, et s'unit en quelque sorte à la divinité par la contemplation. " Je ne pense pas," dit Cicéron, " que les " dieux se plaisent à se repaître de nectar ou d'ambroisie, où " à se faire verser à boire par la jeunesse ; je ne fais aucune " attention à ce qu'Homère nous dit que Ganymèdes fut " enlevé au ciel pour servir d'échanson à Jupiter."

Sardonyx. En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0132
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLIII.

*Ganymedes et Aquila.*

"ALITI fulminis ministro" potum hic præbet Idæus puer, ad superas sedes ac deorum cætum jam jam evehendus. Cœlestis autem pocillatoris ministerio dignus ales, qui Jovem ipsum Cretensem, cum adhuc in cunis esset, in speluncâ, ne a Saturno patre occideretur, latentem nectare nutriverit.

Onyx. Exc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0133
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLIII.



## XLIII.

*Ganymèdes et l'Aigle.*

LE jeune chasseur du mont Ida présente ici à boire au ministre ailé de la foudre, qui semble se préparer à l'enlever aux demeures célestes, et le présenter au festin des dieux. L'aigle méritoit bien d'être abbreuvé par l'échanson divin, lui qui avoit sauvé Jupiter, encore au berceau, de la mort que lui préparoit son père Saturne, en le transportant dans une caverne, où il le nourissoit en secret de nectar.

Onyx. Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0135
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLIV.

*Hercules* Λεοντοφόνος.

VIVERE quodammodo ac fere spirare hunc lapidem quis profecto neget? De operis quidem re subjectâ perpauca summatim attingenda.

Cum Augeæ armenta contemplabatur Hercules, taurus Φαέθων dictus, leoninâ pelle, quâ indutus est heros, conspectâ, subito eum adortus est impetu. Quo in subigendo monstro, cum vim Herculeam Augeas ac Phyleus admirati sunt, Phylei percontanti certaminis Nemeæi descriptionem refert Hercules in Theocrito*. Hinc in memoriam Herculis instituta sunt solennia quædam certamina, a loco, qua leonem occidit, Nemeæa dicta; quanquam Archemoro primum consecrata ea nonnulli ferunt, et ab Hercule aucta postea et amplificata.

Atqui alium etiam leonem, qui Amphitryonis armenta devorabat, heros occidisse dicitur adolescens.

Inter varias figuras et amuletos, quos ad allevandos, vel averruncandos morbos vana excogitavit superstitio, " Imago " Herculis leonem suffocantis" ad sedandum dolorem colicum efficax putabatur, ut scribit Trallianus†.

Sardonyx varius. Exc.

* Idyll. 32. † De Medic. Natural.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0136
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLIV.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0137
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

## XLIV.

*Hercules étouffant un Lion.*

ON peut dire que le sujet de cette pierre est si animé que tout y semble plein de vie et d'action. Nous nous contenterons de quelques traits sur ce qui le regarde.

Hercules examinant les troupeaux d'Augée, un taureau, qu'on appelloit Phaëton, le voyant couvert d'une peau de lion, l'attaqua avec impétuosité. Augée et Phylée furent témoins de la valeur avec laquelle ce héros sortit vainqueur en ce combat. Hercules, dans Théocrite, répondant à Phylée lui fait à cette occasion la description de victoire sur le lion Néméen. De là les jeux solennels institués à l'honneur d'Hercules, dit Néméens, du lieu où il tua le lion; quoique quelques-uns en font Archemore le premier instituteur, et disent qu'Hercules ne fit qu'augmenter et rendre ces jeux plus illustres.

On dit aussi que ce héros, encore jeune, tua un autre lion qui dévastoit les troupeaux d'Amphitryon.

Parmi les différentes figures et vaines amulettes que la superstition imagina pour soulager ou détourner les maladies, la représentation " d'Hercules étouffant un lion," étoit, selon le rapport de Trallian, réputée efficace pour appaiser les douleurs de la colique.

Sardonyx, fond noir, couche supérieure blanche, mêlée d'autres couleurs. Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0138
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLV.

*Faunus.*

SI Bacchantem hunc, tanquam virum solummodo accipiamus, unum ex comessabundo Bacchi sodalitio fuisse constabit: Sin Faunus deus in hâc gemmâ designetur, is est, a quo omnes Latini nominis populi originem deducebant. Ab eodem etiam religio prisca, solennesque sacrorum ritus sunt traditi, unde divinos apud posteros honores adeptus est. Faunum a fando nuncupatum volunt mythographi; quam ob causam eundem fuisse atque Aium Locutium verisimile est: nec diversum ab illo, qui Phanes apud Ægyptios audiebat. Hunc deum cum uxore Faunâ, sive Fatuâ, cumque Sylvano, Vertumno, Termino, Pale, utpote agrorum præsidem, auctoremque frugum, Albani Latinique veteres summâ prosecuti sunt veneratione; eumque cæterosque, inter deos aborigines indigetesque habebant. Eundem illum in monte Cælio, formâ circulari templum habuisse notum est; atque aliam in insulâ Tiburinâ ædem. Quin apud Tibur urbem et Anienem fluvium, juxta nemus Albuneum, oracula edidisse fertur, quod etiam innuit Virgilius, de Latino rege verba faciens.

At rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucosque sub altâ
Consulit Albuneâ, &c.

Ipsa in gemmâ icon, cujuscunque fuerit, genuinâ Græcorum arte elaborata est.

Sardonyx hyacinthinus pulcherrimus (Italice *Giacinto Guarnacino.*) Inc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0139
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLV



XLV.

*Faune.*

À N' envisager cette figure que simplement comme celle d'un homme, ce sera un des compagnons de débauche de Bacchus. Mais si on la prend pour celle du dieu Faune, c'est celui dont tous les peuples du pays Latin tirent leur origine. La religion primitive, les rites solennels et sacrés, lui doivent aussi leur établissement, d'où vint que la postérité lui rendit des honneurs divins. Les mythologistes veulent qu'il ait été nommé Faune de *fando* (parlant) et delà il est probable que c'est le même qu'*Aius Locutius*, ou dieu de la parole, et qu'il ne diffère pas du Phanès des Egyptiens. Les peuples d'Albe et du Latium lui rendoient un culte religieux, ainsi qu'à sa femme *Fauna* ou *Fatua* (la bonne déesse) à Silvain, Vertumne, et Pales, comme présidant à l'agriculture et aux productions de la terre; et ils le regardoient, aussi bien que les autres, comme dieux primitifs et tutelaires. On sait que ce même dieu avoit sur le mont Cælio un temple en forme circulaire, et un tabernacle dans l'île Tiburine. On dit même qu'il rendoit des oracles à Tivoli, et sur les bords du fleuve Teveron, près de la fontaine Albunée; à quoi Virgile fait allusion en parlant du roi Latin:

" Le roi, inquiet sur ces deux prodiges, alla consulter le " dieu Faune son père, qui rendoit ses oracles dans une vaste " forêt, près de la fontaine Albunée."

Quelle que soit la figure ici représentée sur cette belle pierre, elle est certainement d'un excellent travail Grec.

Très beau vermeil, ou en Italien *Giacinto Guarnacino.* En creux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0141
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLVI.

*Omphale incedens.*

OMPHALE, regina fuisse Lydiæ, et Jardani regis filia creditur: cujus in servitutem Hercules, ob Megaræ uxoris, natorumque suorum cædem, jussu Jovis traditus est: et eidem in biennium serviit. Quâ in servitute, clavâ et sagittis et leoninâ pelle depositis, lanificii artem exercuisse dicitur. Quid sibi vult fabula inter auctores non convenit. Certe inter crimen et pœnam nullus est vel modus, vel analogia. Rei historiam in Hippolyto suo probe describit Seneca.

Natus Alcmenâ posuit pharetram,
Et minax vasti spolium leonis, &c. &c.

Ipsa capit clavamque gravem, spoliumque leonis,
Conditaque in pharetrâ tela minora suâ.

Ovid. Fast. l. ii.

Pulchra sane gemma, et officinæ Græcæ germana, ut ita dicam, progenies!

Amethystus. Inc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0142
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLVI



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0143
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLVI.

*Omphale.*

OMPHALE fut reine de Lydie, et fille du roi Jardanus, à qui, par ordre de Jupiter, Hercules fut livré en esclavage pour le meurtre de sa femme Mégare et de ses enfans. Il subit cette peine pendant deux ans, et durant ce tems là, ayant déposé sa massue, ses flêches, et sa peau de lion, il s'exerça à filer de la laine. Les auteurs ne conviennent pas du sens de cette fable ; ce qu'il y a de sûr c'est qu'il ne paroît y avoir aucun rapport entre le crime et la peine. Sénèque décrit très-bien ce trait dans son Hippolyte :

" Le fils d'Alcmène déposa son carquois, et la dépouille " menaçante du lion démesuré, &c."

Et Ovide :

" Elle s'empare de sa lourde massue, de la peau du lion, et " des moindres flêches qu'elle peut trouver dans son carquois."

Cette pierre est de la plus grande beauté, et l'on peut bien assurer que c'est une production légitime d'un auteur Grec.

Améthyste. En creux.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0144
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLVII.

*Triumphus.*

SUMMI hujusce ac prope divini honoris apud Romanos auctor fuit Romulus, Liberum patrem, triumphi apud Græcos inventorem, imitatus. Victoria in bigâ alata conspicitur; triumphum autem hic agere M. Aurelium censent nonnulli.

Multiplicem pompæ triumphalis ornatum, insignia, apparatumque latius explicare, prohibent instituti operis angustiæ. Omnia enimvero Jovi et triumphanti paria putabantur.

Sardonyx, inferiori strato fusco, ac superiori candido. Exc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0145
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLVII.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0146
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLVII.

*Triomphe.*

ROMULUS établit le premier parmi les Romains cet honneur suprême et presque divin, imitant en cela Bacchus, inventeur du triomphe chez les Grecs. On voit ici une Victoire ailée sur un char attelé de deux chevaux; on croit qu'il est ici question d'un triomphe de Marc Aurèle.

Les bornes étroites que nous voulons mettre à cet ouvrage nous empêchent d'entrer ici dans le détail de la pompe d'une entrée triomphale, et de tout ce qui servoit à la décorer. Il est certain que celui qui obtenoit les honneurs du triomphe, y recevoit les mêmes honneurs que l'on rendoit à Jupiter.

Sardonyx, fond brun, couche supérieure blanche. Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0147
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLVIII.

*Biga.*

BIGA hæc, omnibus numeris absoluta, summum artificis ingenium, felicemque in cælaturis manum testatur. Currus ipse, aurigæ venustas admirabilis, equi subsultantes, animosi, toris luxuriantes, argutum judicis severissimi acumen non reformidant. Biga, a Phrygum natione primum juncta, lunæ sacra dicitur; quadriga, ab Ericthonio inventa, soli dicatur. In bigis curule certamen ineunt heroes Homerici; neque enim ex equis sed e curribus Trojani belli temporibus pugnatum est; et binos in uno curru fuisse, pugnatorem et aurigam, ex Homero patet.

Bigarum ac quadrigarum picturæ imaginesque ab optimis artificibus crebro descriptæ sunt; immo ad conficiendas eas duorum aliquando conspirabat ars. Sicut enim Calamidis quadrigæ virum aurigantem addidit Praxiteles, ita Tisicratis bigæ mulierem superimposuit Piston.

Nummi porro apud Romanos bigati dicti sunt. Ita Plinius; " Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ; et inde bigati, " quadrigatique dicti." L. xxxiii. c. 3.

De hujusmodi nummis crebra fit apud Livium mentio. Bigatos quingentos et equum eximium L. Bantio Nolano Marcellus dono dedit. L. xxv. c. 15.

Sardonyx, inferiori strato nigrescente, superiori candido. Exc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0148
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLVIII



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0149
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

## XLVIII.

*Char, ou Biga.*

CE char, admirablement travaillé, porte l'empreinte du talent et de la main du plus habile artiste. Le char même, la beauté merveilleuse de la figure du cocher, les chevaux caracolant d'une manière animée, et comme secouant leur crinière, semblent défier la critique du censeur le plus sévère. La *biga* fut attelée premièrement à deux chevaux par les Phrygiens, et consacrée à la lune. Le quadrige, inventé par Erichton, fut dédié au soleil. Les héros d'Homère se disputoient la course dans des chars à deux chevaux; et du tems de la guerre de Troye on ne combattoit pas à cheval, mais sur un char; et l'on voit de plus par ce grand poëte que chaque char étoit monté par un guerrier et le conducteur du char.

On trouve souvent des *biges* et des quadriges avec leurs figures travaillées par les plus habiles artistes. Souvent aussi deux artistes se réunissoient pour composer un de ces ouvrages. Ainsi Praxitèles fit le cocher du *quadrige* de Calamides, comme Piston a fait la femme de la *bige* de Tisicrates.

Il y avoit chez les Romains une monnoie appellée *bigate.* " On connoit," dit Pline, " les biges et les quadriges, d'où " viennent nos *bigates* et *quadrigates.*"

Tite Live fait souvent mention de cette monnoie: Marcellus, dit il, donna un superbe cheval et cinq cent *bigates* à L. Bantius Nolanus.

Sardonyx, fond noirâtre, couche supérieure blanche.

Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0150
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLIX.

*Biga.*

QUICQUID de priore dictum est bigâ, idem de hâc quoque est prædicandum. Ex eâ parte, quæ nobis, velut ex naufragio tabula, servatur, judicare possumus de operis integri pretio et excellentiâ. Hisce equis tanta vis vitæ ac spiritus inest expressus, ut tam exquisiti operis vix ipsum Pyrgotelem pœniteret.

Sardonyx, inferiori strato subfusco, superiori eburneo. Exc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0151
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

XLIX



## XLIX.

*Autre.*

NOUS ne pourrions que répéter ici de cette *bige* ce que nous avons dit déjà de la précédente. D'après ce que les injures du tems nous en ont conservé, il est facile de juger du prix et de l'excellence de tout l'ouvrage. L'expression de feu et de vie qui se voit dans les chevaux est si belle, que Pyrgotèles même n'eut pas rougi de s'en avouer l'auteur.

Sardonyx, fond brun tanné, couche supérieure d'un blanc d'ivoire. Camée.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0153 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die DFG

L.

*Silenus, Tigris, &c.*

CUM immanem alicujus crudelitatem poetæ denotant, tigres ejus nutrices finxerunt.

" Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
" Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
" Caucasus, Hyrcanæque admorûnt ubera tigres*."

At tigris mammis fœmineis admota, nova quædam, aut infrequens saltem videtur allegoria. Ad Bacchum certe spectat gemmæ hujusce pulcherrimæ sculptura.

Silenus, tigris, vasa ad ritus dei mysticos manifesto referuntur. Bacchum eundem fuisse cum Osiride aut Sole, pro comperto est; anni etiam cursum Liber et Ceres dicuntur regere.

" Vos ô clarissima mundi
" Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
" Liber et alma Ceres."

Atqui si anni cursum, stellarum etiam anfractus moderentur necesse est: Cum autem lynces, pantheræ, nebrides, ac præsertim tigres Baccho consecratæ sint, ad stellas facta est allusio, quas ferarum istarum maculæ significant. Unde Orpheus Liberum atque Solem unum esse deum eundemque demonstrans, hinnuli pellem in sacris Liberalibus adhibitam fuisse perhibet, quæ astrorum varietatem, aspectumque cœli apte depingeret.

Mirabili hoc ingenii peritiæque antiquæ specimine, pulchrâ insuper ac pretiosâ ipsius lapidis materiâ, nihil fingi potest, aut excogitari exquisitius. Opus est adeo elegans, concinnum, omnibus denique numeris absolutum, ut non Dioscoridis, non Pyrgotelis, non perfectissimi cujusvis artificis manu indignum videatur. Non privignum Syllæ Scaurum, qui primus omnium Romæ dactyliothecam habuit, non Pompeium Magnum, qui eam, quæ Mithridatis fuerat, in capitolio

* Virg. Æn. iv. 362.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0154
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

L.



L.

*Silène, un Tigre, &c.*

LORSQUE les poëtes vouloient exprimer la cruauté excessive de quelqu'un, ils lui donnoient une tigresse pour nourrice :

" Non, tu n'es pas le fils d'une déesse, et Anchise ne peut " avoir été ton père, mais l'affreux Causase t'a engendré, et " les tigresses d'Hyrcanie t'ont allaité*."

Mais une femme qui allaite un tigre, est une allégorie rare, si elle n'est pas nouvelle. Cet excellent ouvrage de gravure ne peut se rapporter qu'à Bacchus. Silène, le tigre, les vases, tout ici est analogue aux rites mystiques de ce dieu. Chacun convient que Bacchus est le même qu'Osiris, ou le Soleil—*Liber* et *Cérès* passoient pour régler le cours des années.

S'ils régloient le cours des ans, ils devoient aussi régler celui des astres. Et lorsque l'on a consacré à Bacchus le lynx, la panthère, le daim, et surtout le tigre, on a voulu faire allusion aux étoiles que les taches de ces animaux représentent ; c'est pour cela qu'Orphée, en prouvant que Liber et le Soleil étoient le même dieu, nous dit qu'on employoit dans les fêtes de Bacchus la peau d'un faon, " qui étoit bien l'emblême de " la variété des astres et de l'aspect des cieux."

Il n'est pas possible de former, ou d'imaginer rien de plus précieux que ce charmant échantillon de tout ce que le génie et la science des anciens pouvoient produire de plus parfait dans l'art, sur une pierre qui offre en même tems un chef d'œuvre de la nature. L'ouvrage en est si agréable, si élégant, et tellement exquis en toutes ses parties, que non seulement il est digne d'être sorti des mains de Dioscorides, de Pyrgotèles, ou du plus habile artiste qui ait existé, mais nous pouvons dire que ni Scaurus, beau-fils de Sylla, qui le premier fit à Rome une collection de pierres gravées ; ni le Grand Pompée, qui déposa au capitole celle de Mithridates ; ni le dictateur

* Virgile, *Æneide.*

dicavit, non Cæsarem dictatorem, qui sex hujusmodi capsulas in æde Veneris, non Marcellum, Octaviæ filium, qui in Palatinâ Apollinis æde unam consecravit, hujus gemmæ præclarissimæ ullo modo puderet.

Sardonyx eximiæ pulchritudinis, inferiori strato subfusco, superiori eburneo. Exc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0157
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG

César, qui en consacra six écrains dans le temple de Vénus; ni Marcelle, fils d'Octave, qui en consacra une au temple d'Apollon sur le mont Palatin, n'ont possédé d'ouvrage plus parfait.

Sardonyx de la plus grande beauté, fond brun tanné, couche supérieure d'un blanc d'ivoire. Camée.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0158
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0159
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0160
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0161
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0162
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG



Lady Diana Beauclerk del. F. Bartolozzi sculp. 1778

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0163
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0164
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die DFG



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0165
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0166
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/marlborough1845bd2/0167
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
DFG